

240.

Landgraf Ludwig nimmt das Kloster Reifenstein in seinen Schutz und bestätigt dessen Besitzungen. Eisenach, 1217 [Januar—September].

5 *Hörschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Das S. verloren. In den Siegelöchern hängen noch Reste von rothen Seidenfäden. Phot. H. St. A.*
Gedr.: Wolf, Gesch. des Eichsfeldes 1 Urkb. 17.

:In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.: Quoniam proprium est invidorum laqueos tendere factis bonorum et modis, quibus possunt, agere, ne perveniant ad noticiam successorum, decrevit sapientum virorum industria litteris exarare, que possent auditores
 10 ad consimile opus bonum informare. Inde est, quod ego Lodevicus huius nominis quartus dei gratia Thuringie langravio et Saxonie comes palatinus universitati fidelium dignum duxi significare, quod coenobium Rifenstein in eandem, quam et pater meus habuit, suscipimus protectionem et fidelium nostrorum et ei in omnibus suis necessitatibus
 15 tam preesse, quam prodesse deo favente proponimus videlicet donationes eidem coenobio vel venditiones a fidelibus factas vel adhuc faciendas sive etiam possessionum commutationes in villis Evera, Undankeshusen, Huppenhstede divine remunerationis intuitu firmas et inconcussas semper habentes. Et ne quis infringere presumat presentem paginam, sigilli nostri impressione communimus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis
 20 MCCXVII, indictione quinta, sub electo rege Romanorum Friderico, in Ysnach in presentia comitis Gozmari de Kirhberch et Guntheri dapiferi de Slathem et Rudulfi pincerne de Varila et Friderici de Driforde et Heinrici de Guttrin et notariorum Heinrici et Iohannis et plurium aliorum.

(SD).

241.

25 *Bischof Konrad und Mönch in Sittichenbach hält im Auftrage und in Abwesenheit des Bischofs Engelhard zu Naumburg eine Synodalversammlung in letzterem Orte ab und bestätigt die von dem Kloostervorsteher vorgelegte Stiftungsurkunde des Markgrafen Dietrich über das in der Stadt Eisenberg neuangelegte und begüterte Kloster. Vergl. No. 187.* Naumburg, 1217 Okt. 9.

30 *Gedr.: Schultes, Diplom. . . . Nachr. von der Kreis-Stadt Eisenberg 208. Schlechte Abdrücke bei v. Gleichenstein, Beschreibung der vorm. berühmten Abtey- und Closter-Burgelin Beil. S. 11, Thuringia sacra 757.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Cunradus dei gratia episcopus et in Sichen monachus sancte crucis legatus a pontificalis cathedre providentia iure requisitus, ut bona et possessiones, que a fidelibus ad propagandum divinum servitium legitime conferuntur, episcopali autoritate et privilegio rite confirmantur. Unde nos universis Christi
 35 fidelibus tam posteris quam presentibus duximus insinuandum, quod Theodoricus illustris marchio Misnensis et Orientalis coenobium de ordine regularium canonicorum in patri-